

Tax  
at 3.9

Steuler-



S P E C I M E N

P A R A L L E L I S M I

INTER

S Y S T E M A L I N N A E A N V M E T  
I V S S I E V I A N V M.

---

Q V O D

A M P L I S S I M I P H I L O S O P H O R V M O R D I N I S

E X A M I M I

S V B I E C I T

I. G. S T E M L E R.

S O C I E T A T I S M I N E R A L O G I C A E I E N E N S I S S O D A L I S

R U T H E N O - V A R I S C V S.

---

J E N A E

E X O F F I C I N A E T Z D O R F I A N A

clocccx.

ІМЕСТІЛДАР

Істіл

ІЗ МИЛАННИК АМЕРІКЕ  
МІЛАНІНДЕСУТ

доу

БІЛОСІРІВОЗІНЯ ДІВІСІЛДА  
ІМІЛАНІ

ІМІЛАНІ

Імілані

ІМІЛАНІ

Імілансінің калыптары жардамда

Імілансінің оғаны

Імілансінің

Акжар-оғаның калыптары

Імілансінің

HARVARD UNIVERSITY HERBARIUM.

THE GIFT OF

Bought

1876.

Per annos aliquot opera Botanices studio dedita, quod ad studium tum Medicinae, cui me dedidi, studium, cum Botanices ipsius jucunditas me adducébat, notitiaque Systematum, quae hodie in usu sunt, mihi acquisita, Parallelismum, quem inter Systema Linnaeanum et Jussieuanum animadverteram et ad utriusque Systematis notitiam mihi facilitiori modo parandam adhibueram, proponere constitui, quatenus ille Tironi Botanices Systemati Linnaeano adsueto et faciliorem illius Jussieuii conspectum, quasi, ut videat, qua in re differant aut convenienter et quae classes Linn. illis Jussieuii respondeant, reddere possit.

Antea vero paucis verbis Systemata priora enumerare haud alienum puto, ut eo melius perspiciamus, qua in re hodierna ab antiquioribus differant aut illis respondeant.

CAESALPINVS, qui primus Botanices Systematicus iudatur, dividendi principium sumvit ab trunco arboraceo et herbaceo, a semine et fructu. Systema divisit in Classes quindecim.

MORISON, qui illi successit, plantas divisit in Lignosas et herbaceas, praeterea secundum fructum et habitum; quod quidem Systema Classes octodecimi continet.

HERRMANN praecipue fructum uti et florem habitumque dividendi principia adhibuit.

RAJUS quoque tam diversis dividendi momentis usus est. Summum dividendi I. in Herbas et Suffrutices. II. In Arbores et Frutices. Sectio prima Cl. XXV., altera XIV. Cl. amplectitur. Naturali methodum aequi studuit.

COMELLVS ex pericarpiis divisit.

RIVINVS regularitatem et irregularitatem floris, numerum petalorum in dividendo adhibuit; subdivisionibus fructum substruxit. Summum divisionis in flores regulares et in compositos et flosculis regularibus,

CHRISTOPHORVS KNAVT Inversum Raji sunxit.

CHRISTIANVS KNAVT Inversum Rivini construxit.

BOERHAAVE conjunxit Systema Herrmannianum cum illis Raji et Tornefortii.

TOVRNEFORT autem in summo dividendo Raji asecla fuit, praeterea species characteribus fixis distinguere tentavit. Generibus vero saepe notas falsas attribuit.

LINNAEVIS dividendi principium summuni a filamentis et pistillis duxit. Systema ejus satis notum est. Systema artificiale valde perfectum et perpolitum est, quod in summo dividendi principium ducens idemque fixum, in generibus et speciebus vero, hinc et illinc et in ordinibus classibusque via apparent, interim Systematis artificialis oblitus Naturam magis sequutus Linnaeus diversis tunc momentis divisit. Neque plane harmonia gaudere potest ejusmodi Systema artificiale, quod non ubivis Systemati Natura accommodari potest. Ejusmodi errorum hujus Systematis Hedwigius magnam copiam profert. \*)

\*) v. HEDWIGS Anleitung Pflanzen nach Linné zu untersuchen etc.

GLEDITSCH Systema Linaeanum ita, ut unum tantum filamentum dividendi principium assumeret, emendare voluit, praeterea cum illo et ejus Species et simul ejus vitia retinuit.

MOENCH eadem dividendi ratione majori cum fortuna usus Characteres Ordinum a fructu et pericarpio sumvit.

MEDICVS primis tredecim Linnaei classibus adjunxit insertionis placum filamentorum ita, ut ex iis Cl. XXIV factae sint, v. c. ex Monandria Cl. Antho-Monandria et Thalamo-Monandria et sic per omnes.

ANTON. LAVRENT. AB JVSSIEV. Summum dividendi principium a cotyledone (i. e. planta in nuce) sumvit, et ob Systematis Integritatem, in primis ratione specierum laudem meretur. Systema complectitur I) *Acotyledones*, quae unam tantummodo classem efficiunt; II) in *Monocotyledones*, quae classes tres et III) *Dicotyledones*, quae in Apetalas, Monopetalas et Polypetalas subdivisae Cl. undecim continent. Praeterea in ultimam aut Cl. XVI. Plantas incertae sedis confert, cuiusmodi classem Rajus jam assumvit. Classes iterum in cohortes centum et quatuor divisit; Cohortes vero ex omnibus plantae partibus distinguere tentavit, itaque saepius principio certo eoque constanter ducente desertus modo hac, modo illa nota designavit, itaque interdum Systemati nocuit. Specierum ratione et Linnaeum et Tournefortium secutus, peculiari methodo accomodavit. — Faciliiori hujus Systematis conspectui inserviunt Cl. VOGTII Tabulae. \*)

A. F. G. C. BATSCH quoquo in Libro suo †) opere perquam docto et thesaurum eruditionis maximum comple-

\*) S. Voigts Tabellen des natürlichen Pflanzenystems. Leipzig. 1806. fol.

†) Tabula Affinitatum Regni vegetabilis, quam delineavit Batsch Vinariae. Landes-Industrie-Comptoir. 1802. 8.

ciente Systematis naturalis delineationem proposuit. Totum Systema divisit in octo Classes, quae quidem omnes centum et viginti quinque familias complectuntur, quae quidem familiarum Constructio nil reliqui facit optandum et longe superat omnia ante tentata. Nimis tamen hoc opus neglectum est, tum quod studium indefensum exigit, cum quod Germani peregrinum Ingenium lubentius admirantes suum negligunt.

CELEBER. OKEN nuperrime in libro (+) Delineationes Systematis vere naturalis protulit. Summa dividendi principia duxit ab ipsis plantae Systematibus. Quot enim Organa plantae sunt constantia et essentialia, tot Systemata sincerus Systematicus, Naturae Investigator, proferre debet. Quae vero sunt Radix, Truncus, Frons et Flos, quare quatuor magni existunt circuli plantarum: I. Plantae radicales (Wurzelpflanzen) i. e. ubi radix praevalet. II. Plantae stipitatae (Stengel-Pflanzen) i. e. ubi stipes s. truncus maxime excultus est. III. Planta frondosae, (Laubpflanzen), i. e. quae frondem maxime producunt. IV. Planta flosculosae, (Blumenpflanzen), i. e. ubi demum flos ad summam perfectiōnem pervenit. — Ex iisdem principiis iterum ordines definiuntur et s. porro. Maxime mihi quidem haec attingere videntur naturam et Systema hoc maximo jure nomine naturalis dignum haberi potest. Otium tantummodo auctori doctissimo, quem praeceptorem colere mihi contigit, optandum est, ut Systema mox plane elaboratum edere possit, ut tandem aliquanto gaudeamus Systemate reuera naturali!

Ad hoc usque tempus vero maxime in usu sunt, apud Nos illud Linnaei, apud Franco-Gallos illud Iussieuii, (quod tamen quoque decennio novissimo praeterlapsò et apud nos magis innotescere coepit) et usui quoquo maxime inferiunt, quod penitus elaborata omnes cognitas plantas fere continent.

(+) Naturphilosophie. II Th. Jena, 1810. 8:

Optime nobis consultum fore, equide credo, ambo simul si adhiberemus, utriusque studium dedicaremus, ita tamen, ut Linnaeano Indice plantarum et Lexicone ute-remur.

Tironi enim Linnaeum sequenti permagnam plantarum varietatem adspicienti atque miranti characteres tantum obiter plantae ut inquirat, opus est, cum postea descriptionem in Indice inveniat, sed apparet simul, huic tantummodo usui inservire Systema ejusmodi, alio deinde opus esse. Praete-re aaccidit, ut Tirones staminibus pistillisque inspectis satis sibi fecisse putent, omniaque alia negligant, quae accuratio-rem herbae notitiam parare illis possent, itaque quoque ap-paret, totam ejusmodi scientiam, nullius alii Systematis stu-dio expositam, debilem remanere; satius quare duco, hujus Systematis notitiae paulo post et illam Systematis Jussieuiani adjungere, quo enim cognito penitus Tiro cognoscat plan-tam et melius distinguere sciat, quod non unam tantummodo notam inquirat, sed omnem plantam accurate perspiciat et ad omnia attendat, necesse est. —

A Linnaeano quare tiro transeat ad Jussieuianum, utrum-que vero retineat, saepius vero a Linnaeo desertus apud Jussieuum melius sibi prospectum videbit, ita, ut facilius se expadiat. Quorum Systematum notitia juncta quivis ad interim contentus esse debet, et raro quoque haesitabit.

Quibus quidem praetermissis ad rem jam initio indica-tam accedo. Longe quidem abest ab illa perfectione, ad quam perduci potest, et usque ad illum tantummodo finem elaborata est, quatenus mihi opus fuit. Facillime autem ma-gis excoli potest.

Cl. I. *Acotyledones.*      Cryptogamia.

(Mel. nom. Agamia.)

*Jussieu.**Linné.*

Fungi.	Ord. 1.	==	C. Fungi.
Algae.	- 2.	==	C. Algae.
Hepaticae.	- 3.	==	C. Musci.
Musci.	- 4.	==	C. Musci.
Filices	- 5.	==	C. Filices.
Lichenes	- 6.	==	C. Lichenes.

## M o n o c o t y l e d o n e s.

Cl. II. *Stam. Hypogen.*

Fluviales.	Ordo 1.	==	Tetrandria.
Aroideae.	- 2.	==	Hexandria.
Typhoideae.	- 3.	==	Monoecia.
Cyperoideae.	- 4.	==	
Gramineae.	- 5.	==	Triandria.

Cl. III. *Stam. perigyn.*

Asparagoideae.	Ordo 2.	==	Hexandria.
Juncaceae.	- 4.	==	Tri et Hexandria.
Alismoideae et			Hexandria.
Liliaceae.	- 5. 6.	==	
Irideae.	- 8.	==	Gynandria.

Cl. IV. *Stam. epigyn.*

Drimyrrhizae.	Ord. 2.	==	Monandria.
Orchidæ.	- 3.	==	Gynandria.
Hydrocharideæ.	- 4.	==	Polyandria.

Dicotyledones.

Apetalae.

Cl. V. *Stam. epigyn.*

Jussieu.

Linné.

Afaloideae.

— Gynandria, Dodecandr.

Cl. VI. *Stam. perigyn.*

Elaeagnoideae. Ord. 1.

— Tetrandria.

Daphnoideae. - 2.

— Octandria.

Polygoneae. - 5.

— Hex et Octandria.

Chenopodeae. - 6.

— Pentandria, Polygamia et Monandria.

Cl. VII. *Stam. hypogyn.*

Amaranthoideae. Ordo 1.

— Monoecia et Pentandria.

Plantagineae. - 2.

— Tetandria.

Nyctagineae. - 3.

— Monandria.

Plompagineae. - 4.

— Pentandria.

Monopetalae.

Cl. VIII. *Corolla hypogyna.*

Primulaceae.

Ord. 1. — Pentandria.

Orobanchoideae.

- 2. — Didyn. angiosperm.

Rhinanthoideae.

- 3. — Diandria et Didyn. angiosp.  
Item.

Acanthoideae.

- 4. — Tetrodynamia.

Liliaceae.

- 5. — Polygamia.

Iasmineae.

- 6. — Diandria.

Pyrenaceae.

- 7. — Didynam. gymnosperm.

Labiatae.

- 8. — Didynam. gymnosperm.

Personatae.

- 9. —

Solaneae, Sebesteneae 10-14.

— Pentandria.

Boragineae, Convolvulaeae, et Polemonaceae.

—

Bigonaceae. - 15.

— Didyn. angiosperm,

Gentianeae, Apocynaceae 16-18.

— Pentandria.

Hilospermae.

—

Cl. IX. *Corolla perigyn.*

Jussieu.

Linné.

Ebenaceae.	Ord. 1.	== Decandria.
Erucaceae.	- 3.	== Octandr. et Decandria.
Campanulaceae.	- 4.	== Pentandria.

Cl. X. *Corolla epigyna.*

*Anther. connatis.*

Cichoraceae.	Ord. 1.	== Syngenesia aequal.
Cynarocephaleae.	- 2.	== Syngenes. aequal. fruct. et segreg.
Corymbiferae.	- 3.	== Syng. superfl. frufran. et necel- saria.

Cl. XI. *Coroll. epigyn.*

*Antheris distinctis.*

Dipsaceae.	Ord. 1.	== Tetrandris.
Rubiaceae.	- 2.	== Item.
Caprifoliaceae.	- 3.	== Pentandria.

P o l y p e t a l a e.

Cl. XII. *Stam. epigyn.*

Araliaceae et Umbelliferae.	Ord. 1 et 2.	== Pentandria.
--------------------------------	--------------	----------------

Cl. XIII. *Stam. hypogyn.*

Ranunculaceae,		
Magnoliaceae, Glytospermae et		
Menispermoideae.	Ord. 1-4.	== Polyandr, Pentandr. et Polygyn.
Berberideae.	- 5.	== Hexandria.
Papaveraceae.	- 6.	== Polyandr et Diadelph.
Cruciferae et Capparoid.	- 7-8.	== Tetrodynam.
Saponaceae.	- 9.	== Pentandria.
Malpighiaceae.	- 10.	== Heptandr. et Polygam.
Hypericoideae.	- 11.	== Polyadelphia.
Guttiferae.	- 12.	== Monadelph. et Diadelph.
Maluaceae et		
Tiliaceae.	17-18.	== Monadelph.

Jussieu.

Linné.

Rutaceae.	- 20.	== Polyandr. Octand. et Decandr.
Caryophylleae.	- 21.	== Tri-Tetra-Oct et Decandr.

Cl. XIV. *Stam. perigyn.*

Portulaceae.	Ord. 1.	== Tri et Hexandria.
Ficoideae.	- 2.	== Icosandria.
Succulentae.	- 3.	== Dec. et Dodecandria.
Saxifragae.	- 4.	== Pentandria.
Castoideae.	- 5.	== Icosandria.
Melastomeae.	- 6.	== Hexandria.
Salicariae.	- 7.	== Dodecandria.
Epilobianae.	- 8.	== Octandr. et Tetradynania.
Myrtoideae.	- 9.	== Icosandria.
Rosaceae.	- 10.	== Icosandr., Monoecia.
Leguminosae.	- 11.	== Diadelphia.
Rhamnoideae.	- 13.	== Tetrandr. Pentandria.

Cl. XV. *Stam. idiogynis.*

Euphorbiæ.	Ord. 1.	== Monoec., Dioecia, Dodecandria.
Cucurbitaceæ.	- 2.	== Monoecia.
Passifloreæ.	- 3.	== Gynandria.
Urticaceæ, Amentaceæ, et Coniferae.	- 4 - 6.	== Mon-Dioecia. Polygamia.

Cl. XVI. *Plantæ incertæ Sedis!*

Diversis Cl. respondent Linnaei.

Quae quidem non plane elaborata esse, facile intelligi-  
tur, sed tantum quatenus mihi in plantis, quas ego  
possideo, transcribendis ex Systemate Linnaeano ad illud Jus-  
sieuui profuere. Neque omnia per totum ordinem semper  
valent, exceptiones plures obveniunt. Quidam ordines pla-  
ne defunt, maxime plantas peregrinas continent, quas  
equidem non possidebam et non obviam quare mihi venie-  
bant; neque longius persecutus sum in iis enumerandis,  
quod angustia libelli hoc prohibet. Facillime tamen quis-  
que hoc possit, patientia satis instructus.

Valete! Favete!



7  
1947 Oct 3 Ok. f.